



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Moriens sine sacramento Eucharistiæ an sit damnatus. tit. 97

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

nisi nudum panem, & nudum bibunt vinum, sicut Zwingiani somniant &c. Cùm ergò non sit ibi remissio peccatorum, sed sola memoria passionis &c. Luc. 22, idè manendum est in obedientia Ecclesiæ. *Lucus in libello de formula missandi: si Papistæ virisque speciem sumerent, nos vnam accipere velim⁹ &c.* Eccè schisma & dissensio in uno corpore mystico Christi.

Ioannes de Gerson tractatu de communione laicorum sub utraque specie: Communio vtriusque speciei iam post ordinationem & prohibitionem concilij, est temeraria, seditiosa, scandalosa, & ritus Ecclesiæ turbans, & subinde æternæ maledictionis inductiua, quia melior est obedientia quam victima, i. Reg. 15.

*MORIENS SINE SACRA
mento Eucharistie an sit damnatus.*

TITVLVS LXXXVII.

RIMÒ notandum est, quòd venerabile sacramentum est signum fidei in Christum, vt ei quicunque illo vtitur, signum sit verissimum & confessio Christi, scilicet quòd corpus suum tradidit in mortem, & sanguinem suum fuderit, hoc illū credere, Matt. 26. Et nisi hæc fides præcedat sumptio nem sacramenti, parùm proderit sacramentum: ob id Christus iussit accipere in memoriam passionis suæ, Luc. 22, vt sic hæc fides semper renouetur & conservetur, quia credo Christū pro peccatis meis passu, & resurrexisse propter meam iustitiam, Rom. 4. Secundò, ex illo sequitur, quòd maior est communicatio fidei, quam corporalis communicatio: sine illanemo potest saluus fieri, id est, sine fide Christi, nemp̄e quod mortuus sit pro peccatis, sicut & Christus Ioann. 6. dicit: Nisi manducae-

Rr 5 ritis

ritis carnem filij hominis, &cæt. loquēs de spirituā
cōmunione. Sic etiā cōmunicārunt fideles veterā
testamenti, c̄edentes Christum futurum redempto-
rem & tempore necessitatis, inquit Augustinus, cu-
de, & māducāsti. Fides illa impetrat fructū victima-
Christi, nō corporalis cōmestio sacramenti. Corpo-
ralis enim commestio fit solūm propter memoriam
passionis Christi renouandam, ad confortationē.
dei, vt gratiarum actio fiat, vt vitam nostram emide-
mus: sed in illa non consistit salus, sed in fide: quod
credo Christum pro me mortuū, & passum pro peccata
ris meis. Corporalem ergo vsum sacramēti spernere
non debo propter præceptum Christi, Matth. 26. Ac
cipite, &cæt. sed fiduci potior est, &cet. Ideò morientes
sine sacramento, habens iustam causam, vel corpora-
lem, quod sacramentum glutire non potest, vel spiri-
tualem, quoniam sacerdos hæreticus, aut sectarius
est, volens per hoc sacramentum attrahere aut cōp-
lere ad fidem sectariam &cæt. non est damnatus. Sic
moritur martyr Hermogildus filius regis, & plures
catholici nolebant sacramētū Arrianorum acce-
re, qui negabāt diuinitatē Christi in sacramento, &c.
Nam communiter sectarij ipsi vel non credunt sa-
cramento, vel alium habent errorem. Tales de qua-
bus modō dixi, non sunt damnati. Ideò aliqui in fi-
de catholica morientes, propter hoc non damna-
tur.

Tertiō inquires: Quid tunc cū illis fiet, qui in sacra-
mentis sectariorum moriuntur, cū illa extra Ecclesiam
non accipiuntur ad fructum? Respond. Luc. 21.
inquit quando Christus educebatur ad montem Cal-
uarie, sequebatur eū multa turba, &c. Aliqui ex igno-
rantia assistunt, & putant recte omnia fieri, alijs ut
tem ex obstinatione scientes Christum ex miraculo
esse filium Dei, Ioan. 9. missum, promissum &c. atta-
men ex inuidia crucifigunt. At ignorantēs postea

prædicatione centurionis, qui primus prædicator diuitatis Christi fuit, dicens : Verè filius Dei erat iste &c. Et ex prædicatione Petri in die Pentecostes, At plures sunt compuncti, & sanguinem quē fude rūtibiberunt. Sic multi sectarij ex ignorātia peccāt contra unitatem Ecclesiæ. At hæresiarchæ & alij qui exposito, obstinatione, malitia peccāt, illis nihil proderunt sacramenta : de alijs constat apud Deum, cuius iudicia sunt occulta, &c. Nō verò sectarijs cura aut labor est de sacramento, sed quatenūs prætextu illo attrahant ad sectam suam homines. Vnde periculosis & dānabilius est, mori extra unitatem Ecclesiæ in inobedientia superiorum & Ecclesiæ, quam mori sine sacramentis. Alter enim ex causa infirmitatis & impossibilitatis potest excusari, sed sectarius aullo modo.

DE CONCOMITANTIA sacramenti.

TITVLVS XC VIII.

PRIMÒ, concomitantia (id est, sequela) dicitur, quandò unum necessariò sequitur alterū, vt ybi est verus ignis, ibi sequitur necessariò caliditas. Si viuum, ergò vapor si aqua, ergò madida. Hæc enim non possunt diuidi, sic est in sacramento Eucharistiae. Christus dicit. Matth. 26. Hoc est corpus meum. Si corpus, & non cadauer, ergò viuum: si viuum corpus, nō est sine sanguine: Vbi nūc vita & sanguis, ibi necessariò anima. Vbi nunc est Christus, habens inseparabilem diuitatem, ergò ex concomitantia illa sequitur corpus & sanguis, vita & diuitas. Hæc omnia sunt unus Christus, inseparabilia in æternum. Nam amplius non moritur. Roman. 6. Omnis igitur spiritus, qui soluit & diuidit hæc in Christo, ex Deo non est, 1. Ioan. 4. Quid accipiunt sectæ in prima specie,